Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

aut et de ceco occulte insinuare. Etenim
illum eduxit nocturnis ex medio iudeorum et
vocem eius audivit. Aug. Sed et quis alias
oves emittit nisi qui earum peccata dimittit ut
eum sequi duris laqueis innexe possint. Se
quitur enim. Et cum proprias oves emiserit
ante eas vadit. Glo. Emittit siquidem e
as de tenebris ignorantie ad lucem diurnam ante
eas vadit. quasi in columpna nubis et ignis. Cri
sostomus. Fratrum pastores contrarium faciunt
oves sequuntur. sed ipse ostendit se contrarium facere
quando oves deducit ad veritatem. Aug. Et quis
est qui oves precessit. nisi qui surgens a mor
tuis iam non moritur. et patri dixit. Quos
dedisti michi volo ut ubi ego sum et ipsi sint
mecum. Sequitur. Et oves illum sequuntur.
quia sciunt vocem eius. alienum autem
non sequuntur sed fugiunt ab eo quia non nove
runt vocem alienorum. Criso. Alienos dicit
eos qui cum Theodam et Iudam. aut eos qui
post hec debent alios decipere pseudo apostolos. Ut
enim non dicatur unus illorum esse. per multa
se ab eis separat. et primo quidem per doctrinam
scripturarum. per quas Christus ad se homines addu
cebat. illi vero ab eis homines abstrahebant.
Secundo per omnium obediantiam. Nam in eum qui
dem non solum viventem sed et mortuum
homines crediderunt. illos autem confestim
reliquerunt. Glo. Significat et antichristum.
qui paulisper decipiens. non obtinebit
sequaces post eius mortem. Aug. Sed quomodo
ista solvetur questio. audiunt vocem Christi quique
non oves. audivit enim Iudas sed lupus erat.
et non audiunt oves. Aliqui enim eorum qui
Christum crucifixerunt. non audierunt. sed oves
erant. Sed dicit aliquis. quando non audiebant.
oves non erant. Vox audita eos mutavit
et ex lupis oves fecit. Me autem adhuc movet
quod per Ezech. obiurgat dominus pastores et dicit inter
cetera de ovibus. Errantem non revocastis.
et errantem dicit. et ovem appellat. Non er
raret si vocem pastoris audiret. Sed ideo er

rat. quia vocem audivit alienam. Di
co ergo novit dominus qui sunt eius. no
vit prescitos. novit predestinatos. Ipsi sunt
oves. aliquando seipsi nesciunt. sed pastor no
vit eas. Multe enim oves foris sunt.
et multi lupi intus. De predestinatis ergo lo
quitur. Est autem aliqua vox pastoris in
qua oves non audiunt alienos. In qua non
oves non audiunt Christum. Que est ista vox.
Qui perseveraverit usque in finem hic salvus
erit. Hanc vocem non negligit proprius non
audit alienus. Sequitur. Hoc proverbium dixit
eis Ihesus. illi autem non cognoverunt quid loqueretur. Fac
cit eum dominus manifestus ut exterius obscuris.
Cum autem duo audiunt illa evangelia.
unus impius. alter pius. et talia forte sunt
ut ambo non intelligant. unus dicit. Ve
rum dixit. et bonum est quod dixit. sed nos
non intelligimus. Iste quia credit iam
pulsat. aliud dicit. nichil dixit. qui ad
huc audiat. Nisi credideritis non intelligetis.

Dixit ergo e
is iterum Ihesus.
Amen amen
dico vobis
ego sum
ostium o
vium. Om
nes quotquot
venerunt.
fures sunt

Omnium Crisostomus.
Attentiores no
lens iudeos facere
manifestat quod supra
dixerat. Unde dicit. Dix.
ergo eis iterum Ihesus. Amen
amen dico vobis ego
sum ostium ovium.
Aug. Ecce quod clau
sum posuerat aperuit.
Ipse est ostium. Intre
mus. et nos intrasse
gaudeamus. Sequitur.
Omnes quotquot venerunt fu
res sunt et latrones.
Criso. Non de prophetis
hec dicit. sicut here
tici dicunt. sed de Iuda et
consortes. Unde et laudat
oves subiungit.
Sed non audierunt eos